

## ***VIR CUM SACCO AD IULII VILLAM ADVENIT***

Sol supra villam lucet. Cuius est haec villa ? Haec villa, ubi adsunt Iulius, Aemilia, Iulia, Syra, Marcus Quintusque, Iulii est. Iulius, qui bonum cerebrum habet, in cubicolo suo est cum libro. Titulus libri “Via Latina” est.

Aemilia, femina proba, in peristylo est. Ea rosis aquam dat, dum canit: “La-la-la, la-la-la ...” In horto sunt ancilla Syra et puella Iulia. Quid faciunt? Iulia per hortum errat cum cane sua Margarita, dum Syra sub arboris umbra iacet e stertit: “Ssst-rrrch, ssst-rrrch ...” Etiam Quintus, qui pila ludit, in horto est. Marcus autem in atrio est et ante se speculum tenet: is se pulchrum esse putat.

Vir cum sacco Roma ad Iulii villam advenit; Aemilia, quae pulsare ostium audit, ostiarum iubet ostium aperire. Is paret et ostium aperit. Vir cum sacco in villam intrat: “Salve! Ecce saccus qui Roma venit.” Aemilia virum salutatur atque interrogat: “Salve! Quid inest in sacco?” Vir respondet: “In eo multae rosae insunt, color rosarum ruber est.”

Aemilia laeta se vertit atque multa oscula dat viro suo, qui post eam est. Iulius inter manus anulum cum gemma tenet...

*Paola Resmini*